

²¹
B2281

Presay 750

34

LAURUM VIRENTEM,

Quam

in

ACADEMIA VVITTEBERGENSI,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

PRINCIPE REGIO,

FRIDERICO AUGUSTO,

Pro-Rector Magnifico,

DN.JO.GOTHOFR.BERGERO,

Archiatro Regis & Collegii Medici Professore

Primario, ac Seniore,

DECANUS MAXIME SPECTABILIS,

DN. GEORG. GVILIELMUS

KIRCHMAIERUS,

Græc. Liter. Prof. Publ. celeberrimus,

VIRO

NOBILISSIMO ATQUE CLARE DOCTO

DN. JO. STEPHANO PILARIKIO,

Philosophiae Cultori haetenus felicissimo,

SERENISS. REG. ET ELECT. SAXON.

Alumno,

in solenni Magistrorum
renunciatione

Prid. Cal. Maj. c I e I e C C X.

porrigebat,

gratulantur

PATRONI, PRAECEPTORES, ATQUE
AMICI.

VITEMBERGAE,
FORMIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYPOGR.



E iam Pierio parta negotio
Ornat palma recens. Non tamen
ultima
Hæc sit meta animi fixa laboribus,
Plus ultra volitet gradus.

Io. Gothofredus Bergerus, D.
Acad. ProRector.

Nobile principium semper laudabile facti,
Si non promoveor, fructus inanis erit.
Tu bene coepisti, ne desine, fortius urge,
Faustior ut finis dulce coronet opus.

Caspar Loescherus, D.

I præstans animi Iuvenis, cape digna laborum
Præmia, de lauro serta parata cape!
Interea persta, posthinc majora sequentur
Et pede, qui pergis, sic bene semper eas!

G. VVernsdorfius, D.

Qvæ TIBI confertur, PILARIKI, digna corona,
Hæc Patriæque Patri commoda multa ferat.
Sic novis honoribus applaudebat

Jo. Henr. Feustkingius, D.P.P.
et Consist. Eccles. Assessor.

In Lau-

In Lauream D. PILARIKII:

Exemplo TIBI sunt STEPHANI, qvos GENS TUA sevit,
Maete! in TE exemplum TUA GENS sic rursus habebit!

Honoribus industria et virtute partis
dabat

Martinus Chladenius, D.

Præmia parta diu nunc festa hac luce capessis,
Ut TUA laus crescat, fama, decusque, precor.

Jo. Henr. Bergerus, D.

Cum TE Mi PILARIK, noſter cognosſet Apollo
Sollertem Sophiæ plectra movere lyræ,
Si quis ait, certe eſt lauru parnasside dignus,
Cultori Muſæ neſtitē ſerta meo.

Sit TIBI proſper honor redimito tempora lauro,
Qvoc laurus baccis, tot cumulata bonis!
Sic laudata premes CLARI vſtigia PATRIS
Et referes Patriæ commoda mille Tuæ.

Gratulabundus ſcribebat.

D. Christianus Vater, P.P.

& Arch. Anhalt.

Supremum PILARICE, TIBI nunc ordo SOPHORUM
Pro merito Sophica tradit in arte gradum.

Jo. Heinr. Heucherus,

D. Prof. Publ.

Dignos digna manent, exemplum præbet A-
micus,

Nam ſequitur dignum iſthoc fugiente Decus,

ex affectu fer.

Johannes Carol. Nævius, D.

Qvi

Qvi colis Aenias, PILARICI, sedulus artes,
Ac impallescis nocte dieque libris.
Præmia nunc, Tibi quæ non parva paravit, Apollo
Confert, & lauru cingit, AMICE, comas.
Principium felix, medium finisque beatus,
Sit tibi faustus honor gaudia mille ferens.

Georg. Gvil. Kirchmaierus,
P. P. h. f. Decanus.

Ad Sophie laudem, PILRIK, contendis avitam,
Hinc TIBI jam Phoebus præmia digna refert.
His fruere, ac titulum titulis & honoribus auge,
Ut prodeste Tuis non sine laude queas.

Boni omnis & amoris E. scrib.

Joh. Christoph. VVichmannshausen,
LL. OO. Prof. Publ.

Præmia digna tuis studiis cape, docte Magister,
Et doctus capiat gaudia multa Parens.
Georg. Frid. Schroer, D. & PP.

Plus ultra prodire juvat, ne terminus esto
Intra cancellos plebis, AMICE, tuus.
Indue personam potius Sapientis & aude
Promerita lauru cingere rite comas.

Quin facis hoc, et consilium sectaris amicum
Nec pateris somno TE sepelire pigro.
At Numen Titulosque novos sine fine secundet
Faustumque & felix hoc decus esse finat.

*Novos meritosque honores in Philosophia summos bene
feliciterque evenire cupit, ac jure precatur*

Henr. Leonardus Schurzfeilchius, D.
Historiar. P. P.

Cum det tam multis aliis Viteberga brabeum,
Cur TIBI, LEUCOREO, deneget illa decus?
*Recens renunciato DOCTORI PHILOSOPHIAE
ex merito applaudit*
Jo. Andreas Planerus, P. P.
Invia

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle
006 310 079

3



6017
6018

Præsay 750.

LAURUM VIRENTEM,

Qvam

in

ACADEMIA VVITTEBERGENSI,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

PRINCIPE REGIO,

FRIDERICO AUGUSTO,

Pro-Rector Magnifico,

DNJO.GOTHOFR.BERGERO,

Archiatro Regis & Collegii Medici Professore

Primario, ac Seniore,

DECANUS MAXIME SPECTABILIS,

DN. GEORG. GUILIELMUS KIRCHMAIERUS,

Græc. Liter. Prof. Publ. celeberrimus,

VIRO

NOBILISSIMO ATQVE CLARE DOCTO

DN. JO. STEPHANO PILARIKIO,

Philosophiae Cultori haec tenus felicissimo,

SERENISS. REG. ET ELECT. SAXON.

Alumno,

in solenni Magistrorum renunciatione

Prid. Cal. Maj. c I c I C C X.

porrigebat,

gratulantur

PATRONI, PRAECEPTORES, ATQVE AMICI.

VITTEMBERGAE,
FORMIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYPOGR.

Farbkarte #13

